Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Zwei Kolleghefte - Cod. Ettenheim-Münster 161

Clasmann, Clemens

[S.l.], 1619

Quaestio octava

urn:nbn:de:bsz:31-114235

Visual Library

nobis gignantur. Qui n. sine Logica cæteris scientijs student, simul dant operam et rebus, quas scire cupiunt, et ipsis disserendi formulis cognoscendis, quib. utuntur; Qui verò soli Logicæ student solis disserendi formulis modisq. in quib. continentur modi sciendi studium adhibent. Quare licet utriusq. satis sit nãalis sive inchoata Logica, multò tñ facilius Logica ipsa per se, quam ulla alia scia sine Logica acquiri pt.

Ad 2. respond. in definitione, divisione, et argumentatione duo spectari posse: Formam videlicet et materiam. Et licet hanc Logicam non tribuat alijs scientijs, tn. illam à qua sunt et dñr tales non habent scia nisi à Logica. Hæc n. sola est q tradit rationem huiusmodi instrumenta conficiendi, quatenus scientia sive docens est, et eadem rebus accommodat, quateng Utens sive facultas est.

Ad 3. Resp. à faciliorib. quidem ad difficiliora progrediendum ee ordine doctrinæ, modò necessitas non obstet. Interdum n. contra faciendum est, cum res difficiliorum pendet ex faciliori, et tn. ea q facilior est perfectè tradi non potest, nisi difficilior pmittatur, Atq ita negatur Maior simpliciter, dici etiam pt alias quidem scias esse faciliores sdm quid, raõe videlicet obiecti: difficiliores tñ simpliciter raõe videlicet modi procedendi, in quo à Logica pendent.

QVAESTIO. OCTAVA.

Quo pacto dividatur Logica?

Variæ sunt divisiones Logicæ nos omissis alijs tres tm ab obiecto sumptas afferemq. Prima Logicæ absolutè spectatæ. Secunda Logicæ Artis. Tertia utriq conveniet.

Prima. Divisio Logicæ absolutè spectatæ, id est, non ut huius vel illius authoris est tres sunt partes: definitiva q definiendi rationem: divisiva, q dividendi modum; Argtativa,

quæ argumentandi formam tradit.

Secunda Divisio Logica Artis in 6. partes dividitur. quarum 1.ma (quæ uno libro prædicamentorum scilicet absolvitur) de materia remota Argumentationis simplicib. videlicet terminis sive vocibus. 2.da (quæ duos libros de interpretatione) de eiusdem materia propinqua nimirum propositionibus. 3.a (quæ duobus libris priorum Analiticorum continetur) de Argumentatione ac potissimum de Syllmo generatim. 4.ta (duobus videlicet libris posteriorum Analiticorum) de Syllmo demonstrativo, et qui ei opponitur Pseudographo. 5.ta octo scilicet libris Topicis de Syllmo Dialectico sive probabili. 6. duobus libris Elenchorum de Syllmo Sophistico agit.

Tertia Divisio. 3. dividitur Logica pro numero operationum intellectus ad quas dirigendas Logicam inventam esse docuimus in tres partes. Quarum 1.ma dirigit primam operationem intellectus videlicet rerum simplicium apprehensionem tradendo modum rem quamvis in se recte intelligendi, cui parti in Logica absolute considerata respondet pars definitiva, in Logica vero Artis liber prædicamentorum. 2.da dirigit secundam operationem intellectus videlicet Compositionem, docendo rationem simplicia recte componendi, cui respondet pars divisiva, vel libri de interpretatione. 3. dirigit sive perficit tertiam operationem intellectus, discursum seu Argumentationem docendo, quo pacto rerum ex alio recte colligatur, et huic respondet ea pars Logicæ, quæ agit de Argumentatione, eiusque speciebus, inter quas præcipue est Syllogismus.

Prima operatio intellectus quâ simpliciter rem cognoscimus, ei negando, vel tribuendo, vel cognoscendo, Angeli &c.

Secunda In qua aliquid alicui attribuimus ab eo removemus, uti Deus est sum:

Tertia In qua non modo cognoscimus, et alii attribuimus, sed unum ex alterius gimus interiecta particula erg igitur. Conimb. 2. 63.

De Porphyrii Isagoge.